



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Valerii Andreae Desselii Erotemata Ivris Canonici

Andreas, Valerius

Francofurti & Lipsiae, 1720

XXXVI. De Transactionibus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63277](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63277)

factum, de quo agitur loco citato, videri fuisse solenne pactum, mediante stipulatione conceptum, ad querimoniam Antigoni.

5. *Valeatne pactum turpe aut rei turpis vel impossibilis de facto vel de jure?*

Non valet nec ullam obligationem inducit tale pactum: veluti si quid promittatur, quod per se inhonestum sit, ut *malis &c.* sacrilegium vel homicidium, aliave res peccato obnoxia: si quis stipuletur, per *XXX.* quod existere non potest, vel per rerum naturam fieri: si quis accepta pecunia beneficium promittat, aut jus patronatus, aut simile quid. Sic & pactum de succedendo in alterius beneficium rejicitur. *c. 4. & 6. b. t. c. 5. eod.*

De Transactionibus.

TIT. XXXVI.

Transactio quoque, ut controversiæ finiantur, aptissimum est instrumentum. Differt a Pacto, quod omnis transactio sit pactum, sed non e contra; & quod pactum etiam gratis & donationis causa fieri possit, non etiam transactio.

Quid

1. *Quid ergo est Transactio?*

Est rei dubiæ ac litis incertiæ, non tæ, conventa, & non gratuita dec
Dicitur, *incerta*: quia transactio no
de qualibet re dubia, sed dubia prop
tem, sive præsentem sive futuram, idque
quo dato, vel retento, vel promisso,

2. *Quid si jus alicujus sit certum, & tamen
super eo lis pendeat?*

Valebit transactio: quia, etsi jus
rius certum sit, tamen quia super
pendet, res dicitur simpliciter esse incerta
quia incertus litis eventus.

3. *Licetne transigere super beneficio
spiritualibus, vel alia re spirituali?*

1. *In sum-* Non licet: cum enim transactio
ma 65. in aliquo dato vel accepto, si super
pr. D. De ciis vel aliis rebus spiritualibus transigatur
condict. liceret, incideret ea res in crimen
indeb. niæ, ut pro quibus nec pretium, nec
am rem pretio æstimabilem dare
e. 4. 5. & cipere liceat. Nisi ad redimendam
pas sim b. i. xam, hoc est, dum non illud agitur
c. Dilctus numerato pretio beneficium vel al
28. in f. De spiritualis acquiratur, sed ut bonum
simon. acquisitum, ne litibus a potenti ad
rio vexemur, illæsum retineamus
dato.

4. Quae est vis & effectus transactio-
nis ?

Quod lis semel transactione finita non
possit amplius resuscitari, ne quidem sub *c. i. b. r. & l.*
prætextu novorum instrumentorum post *sub præ-*
ab actore reperorum. *textu C.*

eod.

De Postulando.

TIT. XXXVII.

Si nec pacto nec transactioni locus detur,
tunc ad tribunal judicis eundum est,
ubi Actor petitionem suam instituet,
Reus vero petitioni actoris contradicet:
idque uterque facere potest, vel per se,
vel per alios, Advocatos, Procuratores,
Syndicos.

1. Postulare quid?

Postulare (quod est proprium Advo-
catorum officium) est desiderium *l. 1. §. po-*
suum vel amici, in jure, id est, in judicio, *stulare D.*
apud eum, qui jurisdictioni præest, ex *hoc tit.*
ponere, vel alterius desiderio contradi-
cere.

2. Qui possunt postulare?

Postulare omnes rerum forensium pe- *d. l. 1. §. 4.*
riti possunt, nisi qui nominatim prohi- *& seqq. c.*
bentur, quorum jure civili statuuntur tres *7. De lu-*
ordines, quibus Canones adjungunt ex- *dic.*
communicatos & hæreticos.

3. An-